Nudaque Phyllêi juvenis ferit ora sarissâ.
Non secus hæc resilit, quam tecti a culmine grando:
Aut si quis parvo feriat cava tympana saxo. 481
Cominus aggreditur; laterique recondere duro
Luctatur gladium: gladiò loca pervia non sunt.
Haud tamen effugies: medio jugulaberis ense,
Quandoquidem mucro est hebes, inquit; & in latus ensem 485

159 *Mentre*

479. *Philléi*. Cænei, Thessali; est enim Phylloe opp. Thessaliæ, Straboni lib. IX. *Nuda ferit ora*, &c. Caput galea non munitum.

159

Mentre con pari ardir guerra ne fanno,
Un dardo in furia vien dal lato manco
E fora al fier Centauro il carnal panno,
E'l fa in terra cader pallido e bianco:
Come s'accorge Ilonome del danno,
E ch' allo Sposo suo l' ardir vien manco,
Il cura, ed ogni offizio usa più fido,
Perchè non lasci l' alma il carnal nido.

160

Ma, come l' infelice il vede spento,
E mancata del tutto esser la spene,
Fa sentir fin al cielo il suo lamento,
E stride, e piange il suo perduto bene:
Distinto io non potei sentir l' accento,
Che facea sede altrui delle sue pene;
Che'l romor, che produr la guerra suole,
Fe', ch' udir non potei le sue parole.

161

Poichè 'l suo pianto vano esser s' accorse;
E restare il suo ben da lei diviso,
Quel dardo proprio in sè stessa contorse,
Ch' avea pur dianzi 'l suo marito ucciso:
E cadde, e intorno a lui le braccia porse;
Baciollo, ed accostò viso con viso;
Poi chiuse gli occhi, e mandò l' alma intanto
Al giusto tribunal di Radamanto.

162

Innanzi agli occhi ancor di veder parmi
Feocome, ch' un ceppo avea afferrato;
Un tronco avea sospeso invece d' armi,
Che appena quattro buoi l' avrian tirato.
Io 'l guardo, e come veggo il legno trarmi,
Fuggo l' incontro suo dal manco lato:
Di Fonoleno al figlio il ceppo arriva,
E in men d' un balenar dell' alma il priva.

Obliquat, longâque amplectitur ilia dextrâ.
Plaga facit gemitus, ceu corpore marmoris icti:
Fractaque dissiluit percusso lamina collo.
Ut satis illæsos miranti præbuit artus; 489
Nunc age, ait Cæneus. nostro tua corpora ferro
Tentemus: capuloque tenus dimisit in armos
Ensem fatiferum, cæcamque in viscera movit,
Versavitque manum, vulnusque in vulnere fecit.
Ecce ruunt vasto rabidi de more bimembres,
Telaque in hunc omnes unum mittuntque feruntque. 495
Tela retusa cadunt: manet imperfossus ab omni,

163

Gli ſchiaccia in modo il capo il grave peſo,
Ch' a perder l' alma il miſero coſtringe;
Gli occhi, la bocca, ed ogni loco offeſo,
Fuor col ſangue il cervel per forza ſpinge,
Come ſi vede uſcir il latte appreſo,
Fra i molti giunchi, ove s' aſſoda e ſtringe:
L' omicida crudel, che morto il vede,
Per privarlo dell' arme affretta il piede.

164

Io ch' avea ſempre in lui le luci intente,
M' oppoſi con la ſpada al ſuo penſiero,
E con una ſtoccata, ed un fendente
L' arme ſalvai del morto Cavaliero.
Sa bene il padre tuo, ch' era preſente,
S' io dico in queſta parte, Achille, il vero:
A Tonio, e Teleboa poi tolſi il lume,
E fei paſſarli al ſotterraneo fiume.

165

Portava il primo un biforcato legno,
E no'l ſolea giammai menar in fallo;
Co' dardi l' altro del Tartareo Regno
Or queſto, or quel guerrier rendea vaſſallo:
Coſtui mi ferì il collo, eccovi il ſegno,
Che ne fa fede: ecco Peleo, che ſallo;
Allora era il mio tempo, allora io feci,
Allor dovean condurmi a Troja i Greci.

166

Se vinto allora io non aveſſi Ettorre,
Gli ſarei ſtato al par col ferro in mano;
Bench' egli era fanciullo, o ſceſo a torre
Non era forſe ancora il volto umano.
Or la mia vecchia età, ch' al ſuo fin corre
Mi fa combatter debil e mal ſano:
Come vedete, a tale io ſon venuto
Che col conſiglio ſol vi porgo ajuto.

Inque cruentatus Cæneus Elateïus ictu.
Fecerat attonitos nova res. Heu dedecus ingens!
Monychus exclamat: populus superamur ab uno,
Vixque viro; quanquam ille vir est, nos segnibus actis, 500
Quod fuit ille, sumus. Qiud membra immania prosunt?
Quid geminæ vires? quid, quod fortissima rerum
In nobis natura duplex animalia junxit?
Nec nos matre Deâ, nec nos Ixione natos
Esse reor; qui tantus erat, Junonis ut altæ 505
Spem caperet: nos semimari superamur ab hoste.
Saxa, trabesque super, totosque involvite montes,

499. *Monychus*. Centaurus, μονύχος, solidungulus.
501. *Quod fuit ille sumus*. Fœminæ. Nam Cæneus antea fœmina fuerat.
506. *Semimari*. Semiviro.
507. *Saxa* Cæneus, inquit Palæphatus, erat vir bello strenuus & pugnæ sciens. Is cum in multis variisque bellis versatus fuisset, neque vulneratus unquam, cum Lapithis aliquando pugnans, a Centauris interceptus, illorum multitudine obrutus est: cujus corpus ubi nullo vulnere confossum advertissent Centauri, ab iis invulnerabilis existimatus est.

167

Non molto dopo il nobil Perifanto
Del gemino Pireto ebbe la palma,
E poco appresso Ampico al carnal manto
Del quadrupede Oiclo involò l'alma;
Macareo Peletronio estinse intanto
Ad Eridupo la terrena salma:
Nesseo fu ancor dal tridentato telo
Ucciso dal fortissimo Cimelo.

168

E tu, Mopso gentil, quaggiù volesti
Non solo a profetar dar l'opra, e l'arte,
Ma per noi far la guerra, e combattesti
Tu ancor co' rei Centauri la tua parte:
Al quadrupede Odite alfin togliesti
Quelle virtù, che l'anima comparte;
Gli unì il tuo dardo col palato il mento,
E tentò in van dar fuor l'ultimo accento.

169

Ceneo, che di farsi uom di donna ottenne,
E di mai non poter esser ferito,
Del popol, ch' a incontrar superbo il venne
N' avea già fatti andar cinque a Cocito:
Co' nomi in mente il numero si tenne,
Ma il modo m' è della memoria uscito;
Stifelo, Bromo, Antimaco, ed Elimo
Diè con Piramo al regno afflitto ed imo.

170

Ben mi sovvien del modo, che Ceneo
Tenne nel fare esangue al sesto il busto.
Gli venne incontro il Centauro Latreo,
Un uom di mezza età forte e robusto:
Scemo pur dianzi il Popol Larisseo
D' Aleseo avea col suo ferrato fusto;
E per correr più franco a farne scorno
Era dell' arme sue fattosi adorno.

Vivacemque animam missis elidite silvis.
Silva premat fauces, & erit pro vulnere pondus.
Dixit: & insani dejectam viribus Austri 510
Forte trabem nactus, validum conjecit in hostem.
Exemplumque fuit: parvoque in tempore nudus
Arboris Othrys erat, nec habebat Pelion umbras.
Obrutus immani cumulo, sub pondere Cæneus
Æstuat arboreo, congestaque robora duris 515
Fert humeris. Sed enim postquam super ora caputque
Crevit onus, neque habet, quas ducat, spiritus auras,
Deficit interdum: modo se super aëra frustra

510. *Insani austri.* *Nephresici Septentrionis filii.* Et *insanæ aquæ*, pro procellosis.
513. *Nec habet Pelion umbras.* Per μετάληψιν intelligimus Pelion montem arboribus spoliatum fuisse. Othrys autem & Pelion montes sunt Thessaliæ notissimi.

171

O Cena (dice a lui) nato donzella ,
E s' uomo or sei , tu sai per qual mercede ;
Deh spoglia l' arme , e vesti una gonnella ,
Secondo il femminile uso richiede :
E lascia all' uom la pugna acerba e fella ,
Che salvi il suo tesor dall' altrui prede ;
E tu sedendo torna al primier uso ,
E spoglia la conocchia , e vesti il fuso .

172

Mentre il Centauro glorioso e vano ,
Colui , che donna fu , scherne , e riprende ;
Ceneo , che ancora alquanto era lontano ,
Il fianco con un dardo al mostro offende .
Latreo tosto ver lui col ferro in mano
Le zampe cavalline al corso stende ;
E vago di vendetta in prima giunta
Verso la fronte sua tira una punta .

173

Come balza la grandine sul tetto ,
Qual l' enfiato pallon balza su i marmi ;
Così indietro balzar fa senza effetto
La fronte giovenil del mostro l' armi :
Ei , che 'l nuovo di lui virile aspetto
Fatato esser non sa da' sacri carmi ,
La punta incolpa , e di provar gli aggrada ,
Se meglio il serva il taglio della spada .

174

Drizza la mira al volto , e fermo tiene
Di finir con un colpo la battaglia ;
Ma indietro il ferro suo ribalza , e viene ,
E percuote la carne , e non la taglia .
Ma il colpo di Ceneo già non sostiene
Il mostro con la sua lorica , e maglia ;
Ceneo l' acciar vittorioso , e franco
Fa tutto penetrar nel viril fianco .

Tollere conatur, jactasque evolvere silvas.
Interdumque movet; veluti, quam cernimus ecce,
Ardua si terræ quatiatur motibus Ide. 521
Exitus in dubio est: alii sub inania corpus
Tartara detrusum silvarum mole ferebant.
Abnuit Ampycides: medioque ex aggere fulvis
Vidit avem pennis liquidas exire sub auras, 525
Quæ mihi tunc primum, tunc est conspecta supremum.
Hanc ubi lustrantem leni sua castra volatu
Mopsus, & ingenti circum clangore sonantem
Adspexit, pariterque oculis animoque secutus:

524. *Fulvis pennis*. In aquilam Cæneum fuisse conversum innuit poeta. *Ampycides*. Mopsus vates, Ampyci filius.

527. *Lustrantem*. Circundantem. *Sua castra*. Tentoria, quæ fixerant Lapithæ ad nuptias Pirrithoi venientes.

175

'Movendo poi la vincitrice palma
'In su, e in giù per la piagata vita,
Per far fuggir del doppio albergo l' alma
Nove ferite fa nella ferita:
E non restò, che dell' umana salma
Vide l' alma del tutto esser uscita.
Fatto, ch' ebbe Latreo dell' alma scosso,
Tutto il biforme stuol si vide addosso.

176

Tutto il bimembre campo empio e feroce
Corre sopra Ceneo forte e gagliardo,
E per più spaventarlo alzan la voce,
E ver lui drizzan l' arme, il piede, e il guardo;
E da tutte le parti ognun gli noce,
Ch' il fere con la spada, e chi col dardo:
Sbalzan l' arme da lui lucenti e belle,
Senza intaccar la sua fatata pelle.

177

Ognun quanto più può si maraviglia,
Che da tante persone un uom s' offenda,
E la persona sua punto vermiglia
In parte alcuna ancor non si comprenda.
Monico alfin le man volge, e le ciglia
A gli altri, e grida, e fa, ch' ognun l' intenda:
O biasmo eterno, e infamia di noi tutti,
Ch' un campo sia da un sol vinti, e distrutti.

178

Un ch' a gran pena è uom ne dona a morte;
'Pur dianzi 'l vidi in gonne femminili,
Bench' egli oggi è ver' uomo ardito e forte
All' opre, che egli fa strenue e virili:
Noi donne siamo, e abbiam cangiato sorte
All' opre, che facciam meschine e vili;
Egli è quel, che noi fummo, a quel ch' io veggio;
Noi siam quel, che egli fu, femmine, e peggio.

O salve, dixit, Lapithææ gloria gentis, — 530
Maxime vir quondam, sed nunc avis unica, Cæneu.
Credita res auctore suo est. Dolor addidit iram:
Opressumque ægrè tulimus tot ab hostibus unum.
Nec prius abstitimus ferrum exercere cruore; 534
Quam data pars leto, partem fuga noxque diremit.
Hæc inter Lapithas, & semihomines Centauros
Prælia Tlepolemus Pylio referente dolorem
Præteriti Alcidæ tacito non pertulit ore:
Atque ait; Herculeæ mirum est oblivia laudis

531. *Sed nunc avis unica*. In pristinum rediisse sexum autumat Virg. Æneid. 6. v. 448. & *juvenis quondam, nunc fœmina Cæneus, Rursus & in veterem fato revoluta figuram*.

532. *Autore*. Mopso ita vaticinante. *Credita res est*. Hoc est, Mopsi vatis auctoritate creditum Cæneum in aquilam fuisse commutatum.

Fab. VI. *Arg*. Credita hæc inter Lapithas. *Periclymenus a Neptuno accepta potestate ut se in varias figuras transverteret, cum adversus Herculem dimicasset, & cum varietate formarum vellet eludere, in aquilam transformatus est: quam ille advolantem sibi, & in altitudinem se aëris efferentem, novissime sagitta trajecta interemit*.

537. *Tlepolemus*. Filius Herculis ex Astioche, inique ferens silentio præteriti patris sui laudatam operam in Centaurorum devictorum gloria.

179

Che giova a noi ſe grande oltra miſura
Noi poſſediam queſta terrena ſcorza?
Che giova a noi, s' a noi l' alma Natura
Doppie le membra ſe', doppia la forza?
Poichè mezzo uomo in ſemplice figura
Con più valor ne riſoſpinge, e sforza?
Non credo più, che ſiam, com' io credea,
D' Iſion figli, e dell' Eterea Dea.

180

Può ſtar, che noi ſiam figli di Iſſione,
Ch' ebbe in sè tanto cor, tanta poſſanza,
Che osò nella celeſte alta Giunone
Di formare il ſuo amor, la ſua ſperanza?
S' un, che non sò, ſe ſia donna o garzone,
Tanto d' ardire, e di poter n' avanza?
Deh, ravviviamci, e al mondo dimoſtriamo,
Che gli ſteſſi che ſummo, anch' oggi ſiamo.

181

Dappoich' ancora inviolabil ſtaſſi,
Dappoichè in van con l' arme abbiam conteſo;
A tor qualch' opra grave ognun s' abbaſſi,
Acciocchè ſia dalla gravezza offeſo:
Spogliamo i monti d' arbori, e di ſaſſi;
Veggiam di ſoffogarlo ſotto il peſo:
Poichè l' arme non giovano, col pondo
Purghiam di queſto Ermafrodito il mondo:

182

Un arbor, che era in terra annoſo e grave,
Gli avventa in queſto dir ſuperbo ed empio:
Toſto tutto lo ſtuol, che due corpi have,
Cerca imitar del ſuo fratel l' eſempio.
Altri prende un gran ſaſſo, altri una trave,
E corre a far di lui l' ultimo ſcempio,
Tanto ch' alfin d' ogni ſoccorſo privo
Fu dal bimembre ſtuol ſepolto vivo.

Acta tibi, senior: certe mihi sæpe referre 540
Nubigenas domitos a se pater ipse solebat.
Tristis ad hæc Pylius: Quid me meminisse malorum
Cogis, & obductos annis rescindere luctus?
Inque tuum genitorem odium, offensasque fateri?
Ille quidem majora fide (Dî!) gessit; & orbem
Implevit meritis, quod mallem posse negari. 546
Sed neque Deïphobum, nec Polydamanta, nec ipsum
Hectora laudamus: quis enim laudaverit hostem?
Ille tuus genitor Messenia mœnia quondam

547. *Sed neque Deiphobum*. Hostes non esse laudandos colligit Nestor. Deiphobus autem Priami fuit filius: Polydamas vero unus e principibus Trojanis fuit fortissimus, sic vocatus, quod multos domaret.

540. *Messenia mœnia*. Messene & urbs est & regio adjacens Arcadiæ. Est etiam Siciliæ urbs, unde Messenius derivatur.

183

Ei pur si muove, e scuote, ed usa ogni opra
Per torsi sopra il peso, che 'l sotterra,
Ma in van vi s' affatica, in van s' adopra,
Che troppo abbonda il peso a fargli guerra:
Pur fa il monte tremar talor, ch' ha sopra,
Come talor se 'l vento, ch' è sotterra,
Cerca uscir fuor del sotterraneo albergo,
Fa tremar a' gran monti 'l fianco, e il tergo.

184

Fu in dubbio allor ciò, che di Ceneo avvenne,
E quasi ognun di noi giudizio diede,
Che per lo troppo peso, ch' ei sostenne,
Fosse dell' alma sua l' inferno erede:
Mopso il negò che quindi alzar le penne
Vide un augel ver la superna sede,
Tanto veloce, coraggioso e bello,
Che fu da noi chiamato unico augello:

185

Mopso, vistol volar pria dolcemente
Intorno il campo, indi affrettarsi al cielo,
L' accompagnò con gli occhi, e con la mente,
E disse, acceso il cor d' ardente zelo:
Salve, splendor della Lapitia gente,
Ch' ascondi 'l tuo gran cor sott' altro velo,
Già fra gli uomini invitto, ed or col volo
Fra gli eterei viventi unico e solo.

186

L' autorità di Mopso in ver fu tale,
Ch' ognun diè piena fede a ciò, ch' ei disse:
Tenne ciascun, ch' egli mettesse l' ale,
Ogni alma s' allegrò, che non morisse:
Ben di torlo ardevamo a tanto male,
Teseo, Peritoo, ed io, mentre ancor visse;
Ma ne fu dal pugnar la via impedita,
Non senza gran periglio della vita.

Stravit, & immeritas urbes Elinque Pylonque 550
Diruit; inque meos ferrum flammamque penates
Impulit: utque alios taceam, quos ille peremit,
Bis sex Nelidæ fuimus conspecta juventus,
Bis sex Herculeis ceciderunt, me minus uno, 554
Viribus. Atque illos vinci potuisse ferendum est:
Mira Periclymeni mors est, cui posse figuras
Sumere quas vellet, rursusque reponere sumtas
Neptunus dederat, Nelêi sanguinis auctor.
Hic, ubi necquiquam est formas variatus in omnes,

550. *Helinque, Pilonque*. Elis urbs est Arcadiæ juxta Olympiam, ab Elio Tantali filio cognominata: *Pylus* vero Messeniæ.

553. *Bis sex Neleidæ fuimus*. Duodecim Nelei filii. Neleus autem Neptuni fuit filius, & Tyrus nymphæ: qui a fratre Pelia domo pulsus, Pylon urbem in Messenia condidit. Uxorem habuit Chlorim, ex qua tres filios suscepit, Nestorem, Periclymenum, Chromium. Ex variis autem mulieribus alios novem, Taurum, Asterium, Lycaonem, Deimachum, Euribium, Epileontem, Phtasin, Antimenem, & Alastorem.

556. *Periclymeni*. Unius è fratribus meis: omnes nominat interpres Apollonii ad lib. 1. vers. 156.

558. *Nelei*. Familiæ nostræ autor, pater scil. Nelei.

187

Sebben sapemmo poi non esser morto ,
Ma aver fra gli altri augelli 'l primo onore ,
Ne demmo a vendicar sì fatto torto ,
A disfogar l' incrudelito core :
Ognun che non fuggì mandammo al porto
Del regno delle strida , e del dolore ;
Pur la fuga qualch' un ne fe' sicuro ,
Qualch' un la notte , e 'l ciel , che venne oscuro .

188

Mentre contò Nestor l' abbattimento ,
Che fu fra' mostri , e le Lapite squadre ,
Tlepolemo figliuol , stè molto intento ,
D' Ercole , al quale Astiochea fu Madre :
Sperando ognora udir qualche ardimento ,
Qualche prova notabile del padre ;
Saputo avendo dallo stesso Alcide
Ciò che contro i Centauri ei fece , e vide .

189

E volto ver Nestor gli disse , Dove
Lasci 'l forte figliuol del maggior Dio ?
Deh , come hai tu le maraviglie , e prove
Che fece Ercole allor , poste in obblio ?
So ben , ch' a te quell' opre non son nove ,
Che fe' contro i Centauri 'l padre mio ;
Perocchè 'l mondo tiene , e tutti sanno ,
Ch' ebber dal forte Alcide il maggior danno .

190

Non potè allor tenere il viso asciutto
Il miser vecchio , e disse a lui rivolto :
Deh , perchè a sparger m' hai , misero , indutto
Innanzi a tanti Eroi di pianto il volto ?
Perchè m' hai ricordato il duolo , e 'l lutto ,
Che m' avea di memoria il tempo tolto ?
Perchè vuoi , ch' io ti dica , oltre a' miei guai ,
L' odio , ch' al Padre tuo sempre portai ?

Vertitur in faciem volucris, quæ fulmina curvis 560
Ferre solet pedibus, divûm gratissima Regi.
Viribus usus avis, pennis rostroque redunco,
Hamatisque viri laniaverat unguibus ora.
Tendit in hunc nimium certos Tirynthius arcus;
Atque inter nubes sublimia membra ferentem, 565
Pendentemque ferit, lateri qua jungitur ala.
Nec grave vulnus erat: sed rupti vulnere nervi
Deficiunt, motumque negant viresque volandi.
Decidit in terram, non concipientibus auras

191 *Certo*

560. *Volucris*. Aquila, qui Jovis ales armiger. Negant, inquit Plin. l. 10. c. 3. hanc alitem solam fulmine exanimatam. Apollonii vero interpres ad v. 159. lib. 1. in muscam versum ab Hercule cæsum refert, ubi & multa alia de Periclymeno.

191

Certo al gran Padre tuo non si può torre,
Che non fosse maggior di quel che dici:
Così il potesse a te negar Nestorre,
Che mal volentier loda i suoi nemici;
Polidamante ancora, e il forte Ettorre
Son nel pugnar non men fieri, e felici:
Non ne parliam però con quella gloria,
Con cui gli amici suoi ne fan memoria.

192

Disfece il Padre tuo frall' altre imprese
Messene, ed Eli, e 'l mio paterno loco:
Ed oltre che disfè tutto il paese,
E che diè Pilo in preda al ferro, e al foco;
Per non voler contar d' ognun, che rese
Morto, che vi saria da dir non poco;
Bastiti di saper, che in quella guerra
Tutti i fratelli miei mandò sotterra.

193

Dodici già nascemmo di Neleo
A sopportar quaggiù l' estate, e 'l verno:
Dodici da me in fuor passar ne feo
Ercol dal Mondo vivo al morto Inferno.
Fu d' undici omicidj Alcide reo,
Che del mio stesso uscir sangue paterno:
Or fa giudicio tu, s' io feci errore
A tacere, se ho in odio il suo valore.

194

Ma quel fratel mi dà più noja all' alma;
Che noman Periclimeno, un Guerriero,
Che in tutte l' altre imprese ebbe la palma
Contro ogni più famoso Cavaliero:
Costui potea cangiar l' umana salma,
Secondo più aggradava al suo pensiero;
Ebbe tanto favor dal Re dell' acque,
Da cui del nostro sangue il germe nacque.

Infirmis pennis ; & qua levis hæserat alæ, 570
Corporis affixi pressa est gravitate sagitta:
Perque latus summum jugulo est exacta sinistro.
Num videor debere tui præconia rebus
Herculis, ô Rhodiæ ductor pulcherrime classis?
Ne tamen ulterius, quam fortia facta silendo, 575
Ulciscar fratres, solida est mihi gratia tecum.
Hæc postquam dulci Neleïus edidit ore,
A sermone senis repetito munere Bacchi,
Surrexêre toris: nox est data cætera somno.

574. *O Rhodiæ ductor, &c.* Hinc enim aperte colligitur Tlepolemum Rhodiorum ductorem fuisse & pulchrum & magnum.

195

In più d' un crudel mostro orrendo e strano
Si cangia il fratel mio l' umana veste:
Quando poi vede affaticarsi in vano,
Per far, che'l Padre tuo senz' alma reste,
Si fa l' augel che porta al Re soprano
Nell' unghia torta il folgore celeste:
Poi l' unghia, il rostro, il volo, e'l saggio avviso
Straccian tutto a tuo padre il dorso, e'l viso.

196

Mentre una volta al Ciel batte le penne
Per scender poi più rapido a ferire,
Ercol sempre incoccato il dardo tenne
Finchè 'l vide finito di salire:
Ma tostochè ver terra se ne venne,
Lo stral con gran superbia al Ciel fe' gire.
Scontra il telo l' augello, e appunto il punge
Dove l' ascella al dosso si congiunge.

197

La piaga dell' augel non fu mortale,
Ma ne restò talmente il nervo offeso,
Che del moto, e del vol mancando l' ale,
Non si potè tener nel Ciel sospeso:
Talchè vincendo il moto naturale,
Lasciò cadere il suo terrestre peso;
E nel cadere il misero dal Cielo,
Mortale un altro colpo ebbe dal telo.

198

L' augel piagato al mal soccorrer volse,
Ed afferrar col rostro il crudo dardo:
Or mentre a quella parte egli rivolse
Per imboccar lo strale, il collo, e'l guardo,
La cocca della freccia in terra colse,
E spinse il ferro in su crudo, e gagliardo,
Passò la punta all' infelice il collo,
E gli fe' in terra dar l' ultimo crollo.

At Deus æquoreas qui cuspide temperat undas,
In volucrum corpus nati Stheneleida versum 581
Mente dolet patriâ, sævumque perosus Achillem
Exercet memores, plus quam civiliter iras.
Jamque fere tracto duo per quinquennia bello,
Talibus intonsum compellat Smynthea dictis: 585
O mihi de fratris longe gratissime natis,
Irrita qui mecum posuisti mœnia Trojæ;
Ecquid, ut has jam jam casuras aspicis arces,
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia cæsa doles? ecquid (ne persequar omnes) 590

Fab. VII. *Arg.* At Deus æquoreas, &c. *Neptunus graviter ferens, Cygnum filium suum ab Achille occisum, & Hectorem defensorem operum, quæ ipse posuisset, ab Apolline socio laboris petit, quoniam sibi non daretur, ut comminus cum eo congredi posset, ut ultor existeret. At ille auditis precibus ejus immixtus acie, nullique conspectus, arcum Alexandri in Achillem convertit, ut sagittam in eum dirigere posset, solumque quod fuit in ejus corpore mortale, percussit, & interemit.*

580. *At Deus æquoreas.* Neptunus ægre ferens Cygnum filium ab Achille interemptum, Apollinem hortatur, ne ulterius ipsum vivere patiatur. Cui Apollo obsequens, in aciem Trojanorum descendit, Paridisque sagittam in Achillem ita direxit, ut illius vulnere interiret. Hæc autem idcirco a poëta narrantur, ut commodius & libri sequentis initium cum hujus fine connectat, & Ajacis in florem Metamorphosin huic loco subjungat.

585. *Sminthea.* Apollinem, cui mures, qui lingua Cretensium *σμίνθοι* appellantur, sacri sunt.

199

Or lascio a te medesmo far giudizio,
Se come già dicesti, tanto errai,
Se contro ogni dover mancai d'offizio,
Quando le lodi d'Ercole io lasciai;
Che s' al mio sangue tal fe' pregiudizio,
Vorrei di lui non ricordarmi mai:
Nè creder che tant' odio il cor m' accenda,
Che la vendetta mia più là si stenda.

200

Vendica il sangue suo spento Nestorre
Sol col non far le lodi Erculee note:
Ama te come figlio; e se t' occorre,
Promettiti di lui ciò, ch' egli puote.
Qui volle il vecchio accorto il punto porre
Alle sue grate, e ben disposte note;
E poichè 'l vin sezzaio venne, e 'l confetto,
Rinovate le guardie andar nel letto.

201

Si duole intanto il doloroso padre
Di Cigno, ch' un figliuol sì forte e bello
Abbia le membra sue forti e leggiadre
In un timido e vil cangiato augello:
Vedendo poi, ch' alle Trojane squadre
Danno Achille ogni dì porta novello,
Diventa ognor più crudo, e più maligno
Contro chi gli fe' far di Cigno un Cigno.

202

Ma pure alla vendetta egli non viene,
Nè vuol su lui mandar l' ultimo danno:
E quando del valor suo gli sovviene,
Tempra più ch' egli può l' interno affanno.
Vedendo il crudo poi modo, che tiene
Sopra l' ucciso Ettorre il decimo anno,
Per colui vendicar pone ogni cura,
Che difendea le sue superbe mura.

Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia cæsa doles? ecquid (ne persequar omnes)
Hectoris umbra subit circum sua Pergama tracti?
Cum tamen ille ferox, belloque cruentior ipso,
Vivit adhuc operis nostri populator Achilles.
Det mihi se: faxo, triplici quid cuspide possim,
Sentiat. At quoniam concurrere cominus hosti 595
Non datur, occultâ necopinum perde sagittâ.
Annuit: atque animo pariter patruoque suoque
Delius indulgens, nebula velatus in agmen
Pervenit Iliacum; mediâque in cæde virorum

594. *Det mihi*. Naviget modo seque mihi credat, sentiat faxo vindicem.

597. *Animo pariter patruoque*. Frena laxans ira in Achillem utriusque nomine: suo, quia Hectorem Trojanum occiderat, & Trojanis clientibus suis vehementer nocuerat: Neptuni, quia patruus, & fratrem suum patruelem Cycnum peremerat.

599. *Mediaque*. In templo Apollinis Thymbræi, quo invitatus fuerat Achilles ab Hecuba ad nuptias Polyxenæ, interfectus est a Paride post simulachrum latente. Dyctis Cretensis lib. 4. irretitum amplexibus Deiphobi nuptias sororis illi gratulanti, a Paride confossum scribit. Q. Calaber lib. 3. ab ipso Apolline cæsum indignatur.

203

Subito trova il gran Rettor del giorno,
E dice: O della luce unico Dio,
O d' ogni altro figliuol più bello e adorno
Di Giove, e più gradito entro al cor mio;
Oimè, che teme aver l' ultimo scorno
Quel muro, che già tu facesti ed io;
Oimè, che tosto vuol l' Argiva guerra
Le tue fatiche, e mie mandar per terra.

204

Perchè tanto t' affliggi, e ti tormenti,
Ch' abbia a cader dell' Asia il grande impero?
Perchè più piangi tanti uomini spenti,
Onde fu 'l popol tuo già tanto altero?
Ond' è che muovi i dolorosi accenti,
Per quel tanto famoso cavaliero?
Per quello Ettorre, a cui fu tanto torto
Fatto intorno al tuo muro essendo morto?

205

Perchè lasci spirar quel gran Pelide,
Ch' ha la nostra città del tutto oppressa,
Quel crudel' uom, che tanta gente uccide,
Che non n' uccide più la guerra istessa?
Deh, trova, Apollo, omai l' arme tue fide;
Con l' arco invitto tuo ver lui t' appressa,
E con lo stral più certo e più sicuro
Distruggi 'l distruttor del nostro muro.

206

Se qualche occasion venisse a sorte,
Onde a creder s' avesse al falso regno;
Gli vorrei far conoscer, quanto importe
L' ira del mio tridente, e del mio sdegno:
E per donarlo alla tartarea corte,
Non saria d' uopo il tuo ferrato legno;
Or poich' ei non si crede al fuso sale,
Supplisca, ove manco io, tu col tuo strale:

Rara per ignotos ſpargentem cernit Achivos 600
Tela Parin ; faſſuſque Deum , Quid ſpicula perdis
Sanguine plebis ? ait : ſi qua eſt tibi cura tuorum ,
Vertere in Æaciden , cæſoſque ulciſcere fratres .
Dixit : & oſtendens ſternentem Troïa ferro
Corpora Peliden , arcus obvertit in illum ; 605
Certaque letiferâ direxit ſpicula dextrâ .
Quo Priamus gaudere ſenex poſt Hectora posset ,
Hoc fuit . Ille igitur tantorum victor Achille ,
Vinceris a timido Graiæ raptore maritæ ?

606. *Certaque* . *Qui Paridis direxit tela manuſque Corpus in Æacida.* Æneas Phœbum precatus 6. Æn . In eam corporia partem quæ erat vulnerabilis , calcaneum nempe , quem prehendens mater eum in Stygia tinxit palude.

207

Consente al Re del mar lo Dio di Delo,
Come quel, che di lui non ha men voglia:
Fa scender tosto un nuvolo dal cielo,
E fanne al suo splendor novella spoglia;
Poi vola via col più fidato telo,
Per vendicar di due l' ira, e la doglia:
Giunge in un volo al Trojan campo, e vede
Pari, ch' or questo, or quel con l' arco fiede.

208

Solo a lui si palesa; indi 'l riprende,
Che fa male eseguir la sua vendetta,
E che gli strali suoi vilmente spende,
Poichè la plebe sol segue, e saetta:
Va (dice) dove Achille i nostri offende,
E tira contro lui la tua saetta;
Gli mostra intanto, ove il cugin d' Ajace
Tutto il campo Trojan distrugge, e sface:

209

Gli dona un de' suoi strali, e gli ricorda,
Ch' egli fece ad Ettor l' estremo incarco.
Pari dall' ira acceso il dardo incorda,
Poi fa il legno venir talmente carco,
Che pare una piramide la corda,
E mezzo cerchio appunto sembra l' arco:
Dà nel volare Apollo al dardo aita,
E fa passare Achille all' altra vita.

210

Or te, da cui fu, Achille, ogni altro vinto,
Che fosse allor fra noi più fiero, e forte,
Un' uomo effemminato, e molle ha estinto,
Involator dell' Attica consorte:
Se da femminil mano essere spinto
Dovevi pure al regno della morte;
T' era più onor, che l' Amazonia guerra
Facesse il corpo tuo venir di terra.

At si fœmineo fuerat tibi Marte cadendum, 610
Thermodontiacâ malles cecidisse bipenni,
Jam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi
Nominis Æacides, caput insuperabile bello,
Arserat; armarat Deus idem, idemque cremarat.
Jam cinis est; & de tam magno restat Achille 615
Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam.
At vivit, totum quæ gloria compleat orbem.
Hæc illi mensura viro respondet: & hac est
Par sibi Pelides, nec inania Tartara sentit.

611. *Thermodontiaca*. Penthesileæ, reginæ Amazonum Thermodoontis fl. accolarum, securibusque armatarum, manu.

614. *Deus idem*, Vulcanus, qui Thetidos rogatu arma Achilli fabricaverat.

618. *Hæc mensura*. Totus terrarum orbis mensura esse videtur gloriæ Achillis. A præstantissimis enim quibusque poëtis tam Græcis quam Latinis Achillis gesta fuere celebrata; sicque per totam terrarum orbem vulgata.

211

Quel gran terror del buon campo Trojano,
Muro, ed onor della Pelasga gente,
Già consumato avea tutto Vulcano
Con la sua fiamma rapida ed ardente:
Lo stesso Dio, che con la propria mano
Formò quell' alma dura e risplendente,
Che 'l glorioso Achille in cener volse,
Diè l' arme al busto, all' arme il busto tolse.

212

Altro di sì grand' uomo or non appare,
Che polve di sì poco e debil pondo,
Ch' ogni più debil man la può portare,
E tutta la capisce un picciol tondo:
Pur vive, e 'l nome suo non può mancare.
Vola la fama sua per tutto il mondo;
La gloria sua, ch' eternamente vive,
Spazio a tant' uom egual ben si prescrive.

213

L' arme, ch' ogn' or nel marzial flagello
Solean cercando andar battaglie, e risse,
Talmente oprar, sebben restar senz' ello,
Che quasi fer, che all' arme si venisse:
E fecer quasi a singolar duello
Venire il fiero Ajace, e il saggio Ulisse;
Per l' arme all' arme quasi un dì si venne,
Per quel, che nel Senato Acheo s' ottenne.

214

Conchiuso fu dal pubblico Senato,
Che l' arma d' un guerrier di tanto pregio
Render quel cavalier dovesse armato,
Che nel campo de' Greci era il più egregio;
Colui, che più valore avea mostrato,
Per favorir l' universal collegio:
E si pregò da ognun l' Imperatore,
Ch' avesse a giudicar di tanto onore.

Ipſe etiam, ut cujus fuerit cognoſcere poſſis, 620
Bella movet clypeus: deque armis arma feruntur.
Non ea Tydides, non audet Oïleos Ajax,
Non minor Atrides, non bello major & ævo
Poſcere, non alii; ſoli Telamone creato
Laërtæque fuit tantæ fiducia laudis. 625
A ſe Tantalides onus invidiamque removit:
Argolicoſque duces mediis conſidere caſtris
Juſſit, & arbitrium litis trajecit in omnes.

Finis Libri XII.

621. *Deque armis arma feruntur.* Propter arma Achillis bella excitantur. Nam poſt mortem Achillis inter Ajacem & Ulyſſem de armis ipsius Achillis graviſſimæ ſunt ortæ contentiones.

627. *Argolicoſque.* Menelaum, Diomedem, Idomeneum, ſe, &c.

628. *Trajecit.* Tranſmiſit, tranſtulit. Hic quoque variant auctores. Sunt enim inter Græcos, qui judicium armorum captivis Trojanis delegatum ab Agamemnone tradant, quo ille invidiam a ſe derivaret, idque Neſtoris conſilio. Vide Calabrum lib. 5. & Odyſſ. 11.

215

Tempo a pensarvi 'l Re dubbioso tolse,
Per non errar col subito consiglio:
Indi a fare spiar l' animo volse,
A chi le desse il popolar bisbiglio.
La voce popolar la lingua sciolse,
E le dier molti al valoroso figlio
Di Telamon; molt' altri più prudenti
Per l' Itaco guerrier mosse gli accenti.

216

Ulisse, che del campo Acheo gran parte
Si vede aver, ch' a tanto onore il chiama,
Tien mezzi occulti, e accorti, e con grand' arte
Cerca ottener dal Re, quel che più brama:
Ajace per le piazze, e in ogni parte,
Che si fa torto al suo valore, esclama,
Se per ventura il Re tien, che più merte
Quell' arme avere il figlio di Laerte.

217

Menelao, Diomede, e ognun, ch' intende,
Dov' è rivolto il popolar discorso,
Non osa dir di sè, che non intende
Di contrapporsi al pubblico concorso:
Ognun del campo al Re l' orecchie offende,
E contra ciò, che in quella guerra è corso,
Per fare inchinar lui, ch' ascolta e tace,
Altri in favor d' Ulisse, altri d' Ajace.

218

Il Re prudente, e di giudizio intero,
Per far, ch' alcun da lui non resti offeso,
Vuol, che sia l' uno, e l' altro Cavaliero
Dal saggio concistoro Attico inteso:
Indi gli Eroi del Greco illustre Impero
Fatti chiamare, a lor dà tutto il peso
Di far giudicio universale e certo,
Qual de' due Cavalier sia più di merto.

Il fine del Libro XII.

ANNOTATIONES
IN METAM. OVIDII.

Lib. X. verf. 6. *Fax quoque*. Lib. 4. verf. 60. *Fax quoque quam tenuit*. Quinque faces ante novam nuptam præferri folebant: vide Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5. *Fax lacrymoso ftridula fumo*. Σὺν αἵματι, συνάπτω. —— *Triftis Erinnys* —— *Prætulit infauftas fanguinolenta faces*.

Vers 44. *Belides, Sifyphe Tum*. *Quid mirum? ubi illis carminibus ftupens Demittit atras bellua centiceps Aures, & intorti capillis Eumenidum recreantur angues? &c.* Horat. lib. 11. ode 13. *Inque tuo*. Sifyphus Æoli filius cum Ifthmum infeftaret, ad inferos trufus, faxum in montis cacumen fubvolvere cogitur, quod femper in vallem devolvitur.

Verf. 46. *Nec regia conjux*. Proferpina. *Nec regia*. Memoriæ proditum eft, inquit Paufanias in Boeoticis, Orpheum, uxore mortua, veniffe ad Aornum Thefprotiæ, ubi per necromantiam evocarentur umbræ: ibi, cum Eurydices animam pone fequi putaffet, & fua fe opinione falfum refpiciens animadvertiffet, ultro fibi ipfi, mœrore confectum, mortem confciviffe. Ejufmodi de Bavaro quodam refertur fabula a Sabino. Neque illepidum eft illud carmen Hifpano fcriptum idiomate & ingenio, quo invertitur hæc Orphei fabula. *Abufcora fu muger Orfeo baxo a el inferno. Que por la muger no pudo baxar a otra parte Orfeo*. Orpheus ad inferos defcendit quæfitum uxorem. *Nam ubi alias quærenda erat uxor?* Defcendebat cantans. *Et hoc licebat viduo jam & cælibi*. Dederunt Orpheo Pluto & Proferpina ut uxorem abduceret, *Pacatiorem fcilicet fore locum rati unde mulier difceffiffet, & umbris fane fubfecuta eft a fuppliciis fuis ceffatio*. Sed hac lege dederunt hoc Orpheo, ne illam refpiceret, priufquam ad fuperas oras reverfus effet. *Ille, ne cruciatum fibi ab inferis in fuperas auras fubveheret, confulto refpexit*.

Verf. 95. *Platanus genialis*. Genio ac voluptati dicata. *Acerque*. Unde acernæ menfæ, poft citreas in pretio apud prifcos fuiffe fcribuntur. *Genialis*. Umbram hofpitalem præbens convivantibus. Virg. 4. Georg. *miniftrantem platanum potantibus umbram*. *Coloribus*. Crifpo macularum difcurfu varia, Plin. 16 c. 15.

Verf. 167. *Te meus ante omnes*. *Ante alios* meliores; deinde *orbis in medio* non *orbe* unus Thuan. paulo ante pro *viridi cefpite* Bofchii liber, quo Gruterus ufus, *vivoque*. Horat. *Hic vivum mihi cefpitem, hic Verbenas pueri ponite thuraque*. Aufonius Ephemerid. *foculum vivi cefpitis* dixit. Calpurnius Eclog. v.

—— *tum cefpite vivo*
pone focum.

Val. Flaccus libro v. verf. 61.

—— *tum vivo frondens è cefpite tellus*
Aggeritur, cineremque Lyce commendat Iäfon.

fic fcribe: perperam legebatur *frondet & cefpite tellus*; fic & *vivus cefpes* Faft. iv. verf. 397. *Meus genitor*. Apollo. Nam Apollinis & Calliopes Mufæ filium fe effe Orpheus ipfe teftatur. *Orbe*. Apol-

In amore Hyacinthi captus deserto oraculo Delphico, juxta Parnassum quem τὸν τῆς ὀμφαλὸν appellat Strabo lib. 9. ad quem locum vide quos citat Is. Casaubonus, & fab. quam ex Pindaro citat, de duabus columbis a Jove emissis ex Oriente & Occidente, quæ hic convenerint.

Vers. 184. *Dura*. Zephyrum Apollinis rivalem & sibi in amore prælati, vehementius flantem divertisse discum in pueri caput, scribunt Palæphatus lib. 1. & Tzetzes 1. Chil. 11. & Lucianus in Dialogo Apollinis & Mercurii. *Repercusso subjecit in aëre. Repercussum in aëra* prim. Medic. Thuan. Spirens. & quatuor alii, tum lege *Et vultus, Hyacinthe, tuos*, unus Argent. *repercusso ab aëre*, non male.

Vers. 218. *Propœtides*. Quæ Venerem Deam esse negare ausæ, numinis ira, postquam corpora sua vulgo prostituissent, in lapides versæ sunt. *Annuat æque*. Imo *abnuat*; certe *abnuit* in multis veterum: quatuor cum prim. Reg. *abnuet*.

Vers. 223 *Cerastæ*. Cyprus ipsa Cerastis olim dicta, quod multa κέρατα, inquit Stephanus, hoc est ἄκρα, id est, promontoria habeat, unde forte occasio fabulæ.

Vers. 252. *Ars adeo latet arte sua*. Ita distingue. *Haurit*. Philostephanus in Cypriacis author est, inquit Arnobius l. 9 Pygmalionem regem Cypri simulachrum Veneris, quod sanctitatis apud Cyprios, & religionis habebatur antiquæ, adamasse ut fœminam; mente, animo, lumine rationis judicioque cæcatis, solitumque dementem, tanquam si uxoria res esset, sublevato in lectulum numine copularier amplexibus atque ore; resque alias agere libidinis vacua imaginatione frustrabiles. Sed legatur & historia nobilis cujusdam juvenis, qui simulachrum Veneris Cnidiæ impotens amabat apud Lucianum in Amoribus.

Vers. 298. *Editus hac ille est*. Cinyras Pygmalionis filius Myrrham genuit, quæ nefando patris amore capta, nutricis opera cum eo inscio concubuit, Adonimque concepit; quod cum resciviſſet pater stricto ense filiam persequi cœpit; illa vero fugiens in Arabiam usque pervenit, ubi longo errore fessa Deorum miseratione in arborem sui nominis fuit mutata; vide Fulgentium libro tertio.

Lib. XI. vers. 142. *Vis aurea*. Propter grumulos & ramenta auri quæ sabulo suo mista devehit Pactolus inter Chrysorrhoas fluvios nobilitatur, qui perhibentur Indus, Ganges, Hermus, Pactolus, Iber, Tagus, Arimaspus, Padus, Hebrus, Rhenus, &c.

Vers. 146. *Perosus*. Ibi, inquit Max. Tyrius Dissertat. 30. Midas divitias deplorare suas, preces aversari priores: nec amplius Satyrum, sed Deos Deasque precari omnes, ut priorem illam fœcundam paupertatem sibi restituerent, aurum in hostium capita trasferrent.

Vers. 167. *Distinctamque lyram gemmis. Instructamque lyram* Oxon. quart. Medic. & decem alii. *Distinctamque fidem* Bernegger. & unus Medic. *Instructamque fidem* Florent. S. Marci, Spirensis, & unus Vatican quod amplectimur. *Distinctamque*. Vide habitum ornatumque ipsius Phœbi apud Tibullum lib. 3. eleg. 4. nec non citharœdi l. 4. ad Herennium. Uti citharœdus, cum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta, & cum corona aurea fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatissimam, auro & ebore distinctam, &c. *Dentibus Indis*. Ebore.

Vers. 174. *Nec Delius*. Aristophanis interpres narrat, Midæ natura prælongas fuisse aures, vel etiam, quod Bacchi asinos præteriens injuria affecisset, affixas illi ab irato numine aures asininas. Midam tyrannum dimittere solitum Ce-

rycæos ἀνακτὸς referunt Lucianus, Suidas, Photius. Jo. Tzetzes refert, duos fuisse in Phrygia colles, qui aures asini vocarentur, quos cum expugnasset Midas, latronesque inde sustulisset, fabulose dictum esse, Midam asini aures occupasse. *Nec Delius*. Apollo. *Aures stolidas*. Omni carentes judicio.

Verf. 192. *Prodidit agricolam*. Indicavit eum qui illam effoderat terram. *Agricolam*. Servum tonsorem, qui scrobi verba illa infoderat. Persius Sat. 1. *Men' mutire nefas? nec clam? nec cum scrobe? nusquam? Hic tamen infodiam, vidi, vidi ipse, libelle Auriculas asini quis non habet?*

Verf. 204. *Auro*. Herodotus scribit, Laomedontem templa Apollinis & Neptuni depeculatum, thesauros Deorum sacris dicatos ad extruenda Trojæ mœnia convertisse. Quamvis vero similius est, lutea, vel etiam lateritia mœnia aqua Neptunia primum mista, Phœbea deinde face aruisse. Martialis crateras aureos fuisse ait: *Laomedontea fuerant hac pocula mensæ, Ferret ut hac, muros struxit Apollo lyra*, lib. 8. epigr. 6.

Verf. 217. *Nam conjunge Peleus erat Diva*. Peleus Æaci filius ac Telamonis frater, nepofque Jovis, solus ex hominibus Deam uxorem ducere meruit. Cum enim Proteus Thetidi prædixisset, ipsam esse parituram filium patre majorem; Jupiter quamvis ejus amore captus, illo quidem abstinuit conjugio: nepoti autem Peleo mandavit, ut illam duceret uxorem. Quare Peleus Thetida in spelunca quiescentem frustra est amplexus; nam Dea cum in volucrem, & arborem conversa a Peleo non dimitteretur, in Tigridem se transfiguravit: cujus sævitia territus Peleus, eam dimisit. Admonitus autem a Proteo, ut eam dormientem vinclis ligaret, & quamvis in mille varias figuras converteretur, tantisper detineret donec in pristinam rediisset formam, sic illa tandem est potitus: ex qua Achillem suscepit.

Verf. 397. *Inde manus*. Sed audi Ant. Liberalem fab. 38. Peleus ad Eurytionem Iri fil. se confert, eique supplex cæde expiatur. Hunc Peleus in venatione postea, dum aprum ferire intendit, imprudens interficit. Profugus deinde ad Acastum contendit: is eum (ab uxore falso insimulatum de sollicitata pudicitia, quum ipsa in amore repulsam a continenti Peleo passa esset, ut Pindarus Nemeor. 5. & Horat. ode 7. lib. 3.) in Pelio monte solum & inermem destituit. Peleus oberrans ad Chironem venit; inde multis ovibus & bobus collectis ad Irum pergit, eaque cædis mulctæ nomine offert: cum recusaret Irus, Peleus ea, oraculo monitus, incustodita dimittit. Ibi lupus ea invadit & occidit. Is lupus divino prodigio in saxum mutatur, quod diu permansit inter Locridem & Phocidem. *Aperti ponti*. Statius lib 5. --*quà longe pelago despectus aperto*. Cas. lib. 7. *Longè aliam esse navigationem in concluso mari, atque in vastissimo & apertissimo Oceano*.

Verf. 409. *Ab Æmonio Acasto*. Acastus rex fuit Thessaliæ, Peliæ filius. Is uxorem duxit Hippolyten, quæ quidam Pelei amore capta est. Spreta autem illum marito accusavit, quod se de stupro interpellasset. Quare Acastus Peleum tanquam ad venationem in Pelion montem ex urbe eduxit, illicque penitus inermem reliquit, ut a feris interimeretur; sed Mercurius, vel (ut quidam putant) Chiron, illi est opitulatus, deditque ensem a Vulcano fabricatum, quo & feras occurrentes interfecit, & in urbem reversus Acasti uxorem, ipsumque Acastum interemit. Hujus fabulæ & Pindarus meminit quarta Nemeorum oda.

Verf. 413. *Ad Clarium*. Ad Apollinis Clarii oraculum. Claros autem urbs fuit Ioniæ non procul a Colophone, ubi templum, & nemus Apollini dicatum. Strabo lib. 14. *Profanus Phorbas*. Thessalus, Lapithæ filius, vir ferox & sacrilegus, qui obvios cogebat,

ut pugillatu secum certarent, victosque necabit; eo arrogantiæ postremo profectus, ut etiam deos ipsos provocando lacesseret, donec ab Apolline superatus, ac morte mulctatus fuit. Pausan. Eliac. prior. Phlegyas autem Delphicum templum spoliare aggressos, idem testatur in Phocicis.

Vers. 745. *Perque dies placidos.* Halcyones (ut refert Plinius) foetificant bruma, qui dies *Halcyonides* vocantur, placido mari per eos & navigabili, Siculo maxime. Faciunt autem septem ante brumam diebus nidos, & totidem sequentibus pariunt. Quibus quidem quatuordecim diebus maxime tranquillatur mare, unde & *Halcedonia* pro tranquillitate a Plauto in Casina accipiuntur. Dictæ sunt Halcyones, ut Ovid. putat, ab Halcyone Ceyeis uxore, ut alii ἀπὸ τῦ κύειν ἐν ἀλὶ, hoc est, a concipiendo in mari. *Dies septem.* De numero horum dierum variæ sunt antiquorum opiniones. Simonides namque undecim esse ait, Philochorus novem, Demagoras vero septem, cujus opinioni Ovidius adhæret.

Lib. XII. Vers. 112. *Opusque.* Vulnus & auxilium. Thelephus rex Mysiæ transitu prohibiturus Græcos ad Trojam proficiscentes ab Achille vulneratus est. Vulnus ubi putrescebat, oraculo consulto responsum tulit, quærendum esse remedium ab eadem hasta: conciliatus ergo Achilli, ærugine cuspidis sanatus est. Sunt qui ad Achillem usque auctorem, aut etiam Chironem, a quo Medicinam edoctus est, referant unguentum armarium seu Magneticum. De ὁπλωχρεία videantur Paracelsus, Bapt. Peras, Crollius, Goclenius, Robertus de Fluctibus, alii.

Vers. 247. *Lampadibus.* Funalia (describente Isidoro l. 20. cap. 10.) erant candelabra, extantes stimulos habentia, quibus funiculi cera vel hujusmodi alimento luminis obliti figebantur. Unde conjicio fuisse funale lychnuchum trabalem, de fornicato laqueari & camera cæli cavum referente pendentem, lampadibus aut lucernis stellatum, Virgil. Æneid. 1. vers. 730. *dependent lychni laquearibus aureis Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.* Petron. *lucerna bilychnis de camera pendebat.*